

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri  
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.  
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.  
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani <sup>sup</sup> obitum Rudolfi Imperatoris  
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.  
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini  
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.  
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua  
 vestam iheresum M. Petri a Fera.  
 VIII. Epitalamium Marci Friderici Werdelius  
 ad Dr. Augustum Ducem Bruno vicearem.  
 IX. Epitalamium ad eundem principem Iohanni  
 Cremeri.  
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-  
 pi Anhaltino sponte scripta.  
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-  
 tino scripta a Collegis schole Serventare.  
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-  
 haltini Abrahami Cremeri.  
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.  
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.  
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam  
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.  
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.  
 XVII. Abrahami Vbiici Diagraphe Laboris  
 Scholastici.  
 XVIII. Coronis Collegio Disputationis et Oratio-  
 nis imposita.  
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-  
 derici Widebrani.  
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.  
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.  
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.  
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri  
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij  
 post Magisterij eutum pronunciata.  
 XXIII. Exequiae ex oratione Cerevisie Servante  
 ne Daniellis Berckingeri.  
 XXIV. Desortatio a Calennijs.  
 XXV. Germania ad Principem epistola Attil:  
 Martino Praetorio.  
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.  
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.  
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cremeri.  
 XXIX. Triginta Fieverum M. Christiani Galli  
 Italo-Saxonis.  
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-  
 nis Ernesti Wulstorfii.  
 XXXI. Etiam  
 XXXII. Juvenis 37. M. Theophilus Careissen  
 XXXIII. Iohannis Cremeri.  
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin  
 ni Gelani.  
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida  
 Christophori Heroldi.  
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi  
 4. V. D.  
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo  
 Nicolai Maii.

*an*  
404 LIV.



CARMINA  
SOLEMNITATI NUPTIARUM

*Consultissimi & Clarissimi Viri*

Dn. MICHAELIS  
THOMÆ U. J. Doct.  
S P O N S I,

*Nec non*  
*Lectissimæ & Spectatissimæ Virginis*

A N N Æ,

*Magnifici, Amplissimi & Consultissimi Viri*

Dn. JACOBI SCHULTES

U. J. D. Sereniss. ELECTORI ET Illu-  
striss. SAXONIÆ DUCIB.  
à Consiliis,  
Filiæ SPONSÆ.

*In urbe LIPSIÆ XV. Jun. Julian. celebratarum*

V O T I V A

Honoriq; ipsarum scripta & consecrata  
à benè Universæ isti Familiæ cupi-  
entibus & volentibus.

A N N O

cīo. iō. CXIX.

T R P I S G R O S I A N I S.

LIPSIÆ, excudebat GEORGIIUS LIGER.





**E**cce suum Eva virum trahit ad consortia lapsus,  
Consortemq; facit seq; virumq; necis.  
Pronus uterque fuit lapsum excusare. sed ulli  
Non aderant homines, fallere quos poterant.  
Si offendas hominem, casu vis lapsus haberi,  
Admissumq; scelus dissimulare studes.  
Si semel offendas Iahovam; excusatio calva est,  
Nam lapsum pariat perpetue morte tuum.

Abraham Gölnitz Dant. dabat non à cura.

Actenus ingenio dum publica commo-  
da juvit  
**S**CHULTZIUS, applausit sospite quis-  
que manu.  
Nunc ubi progeniem in Generis spem SCHULZIUS  
Elocat, applaudunt rursus utraq; manu (idem.  
Illo Juris, at hac Generis fit adorea; pergit  
Et Juri & Generi splendeat, opto, decus.  
Nempe tua in vulgus sic, Sponse, peritia manat,  
Cui talis *Soceri* conciliatur *Honos*.  
Sic gentilitium tua sors magè stemma serenat,  
Cui talis *sociae* cōciliatur *Amor*. (net  
Crescite Honos & Amor, magis & magis inde peren-  
In mero Honore Genus, in mero Amore Genus.  
*Absens ut præsens neonymphos*  
*pijs votis prosecuturus F.*  
*Heinricus Höpffnerus Th. D. &*  
*Prof. publ.*

**A**NNULA nuptatibi, vir præstantissime, si me  
Spes mea non fallit, mirum aliquid faciet.  
Nempe novem pulcrâ transactis prole parentem  
Mensibus efficiet mox g̃ & avum & proavum.

A 2

Tute

Tute eris ipse parens, sed avus SCHULTETUS, at ille  
Prosofer HENNINGUS latus erit proavus.  
Crede modò ô THOMA rata si præsagia vis hæc.  
Sic pater atque avus & sic eritis proavus.

Quod sperat & optat

Reinhard Rosa J. U. D. Rei-  
publ. Uratisl. Syndicus.

Cum festum THOMA tibi, connubiale paratur,  
Suavis in amplexus & venit ANNA tuos;  
Hesperus exoritur, Veneri dilectius astrum,  
Occipit & nuptæ jam trepidare pudor.  
Cominus aggredier trepidantem perge. frequenter  
Impacata gravi sæviat iungue licet.  
Nemo mella capit, fruitur nec veris odore,  
Si caveat fronti, si timiatvē rubos.  
Armat spina rosas, apium grex mella recondit,  
Crescunt difficiili gaudia litigio :  
Quæq; Venus refugit, magis hæc accendit, & osclūm  
Quod flenti datur hoc plus sapit & reficit.  
O quoties dices, hoc est mihi dulcius, omnes  
Quàm gemini Juris pervoluisse libros!  
Tradite nunc ambo mansuros sensibus ignes,  
Aspirate novam pectoribusq; fidem.  
Tam junctis manibus connectite vinclâ; premuntur  
Quam lento frondes palmitæ populeæ.

Jugiter & linguis connexis reddite murmur,  
Murmur vel querulis blandius alitibus.  
Ducat per vigiles vocalis tibia cantus,  
Permissisq; jocis turba licenter agat.  
Ætherio sed & hæc vox crebrius insonet axe,  
Hæc vox gratantum currat ab ore virūm:  
Formosæ THOMAS præclarus jungitur ANNÆ,  
Fausta novo eveniant omnia conjugio !

Theod. Sitzman D. Sereniss.  
Electoris Sax. Scabinus.

**A**C O B U S S C H U L T E S Themidis scit jura, foriq;  
Mores, processum, judicijq; stilum.  
Edidit haud solum doctos in jure libellos,  
Ingenij fœtus, arte, labore suo.  
Protulit & vivos cara de conjugе fœtus,  
Cunctis quos libris ante valere puto.  
Quod mihi concedis M I C H A E L vir docte lubenter,  
Insuper & factis, revé probare studes.  
Publica nam postquam legisti scripta f AC O B I  
S C H U L T E T I & Doctor factus es inde bonus :  
Eiusdem Autoris nunc viva volumina quærens,  
Virgineum ardentí corpus amore petis.  
Juriste Corpus Doctorem, virginis autem  
Reddidit, En, Sponsum: moxq; maritus eris.

A 3 Johanni Virgine

Virgine cum pulchra, decorata & dotibus amplis,  
Legitimi gaudes fœdus inire tori.  
Non minium, spiratue crocum, fucataq; non est,  
Nec didicit falsam vendere munditiem.  
Sed tibi SCHULTEI prolem virtute coruscum,  
Si laudare velim, bardus, ineptus ero.  
Sponso dilectam qui commendare puellam.  
Tentatis imprudens in mare portat aquas.  
Omnia SCHULTEÆ, THOMA, tibi membræ placere  
Scimus; amor siquidem splendida cuncta facit.  
Optatos gemino capies de corpore fructus,  
Juris Corpus opes, gaudia virgo feret.  
Quicq; nihil jam sunt, (THOMAS incredulus haud sis)  
Intra annum natos, Sponse, videre potes.  
Pergit adhuc hominem thalami per vincla jugalis  
Ex nihilo, aut minimo Dia creare manus.  
Illa dabit vobis sobolem, dabit omnia vita  
Subsidia, & quicquid corde pio optat homo.  
Voto si forsan verbum, DABIT, est minus aptum.  
Addo aliud, vobis DET Deus illa precor.

OTTO SCHWALENBERG J. U. D.

O Cognate mihi MICHAEL cognomine THOMA,  
Dum thalami firmas, numine teste, fidem;

ANNA-

ANNAQUÉ jam tecum sociat SCHULTESIA Lecti  
Fœdera; Virgo decens, moribus apta tuis :  
Gratulor ex animo, sortem tibi gratulor istam,  
Utq; suo constet firma tenore, precor.  
Nam sociâ tali tu dignus es; ANNA vicissim  
Est te digna viro, digna parente pio-  
His faveat CHRISTUS tedis, nec vota JACOBI  
SCHULTESI surdâ respuat aure pia.  
Sed det amor vester longum ut perduret in ævum,  
Nec Lis dissociet, nec Libitina torum.  
ANNAQUE prole novâ patrem te reddat; avosq;;  
Cornua post Lunæ dena, nepote beet.  
Hæc ego: nunc aliis, quæ restant, cætera mando  
Tu cognatæ boni consule pauca: vale.

Fridericus Pensoldus  
J. U. Doctor.

C Armina, Sponse, petis, thalami dum sacra parantur,  
dum Venus arridet, dumq; Cupido salit.  
Carmina spontè darem, (nam promptus ad id) modò Phæbo  
grata, mihi cupido plectra sonora forent.  
Sed Sponsum innumeris votis onerare novellum,  
quid demum juvat! huic lectio multa nocet.  
Uno me expediam voto: Deus alme secunda,,  
cum Sponsa ut tempus suaviter omne terat.

Christophorus Preibisius, J. U. D.  
Professor publicus.

Haæc-

**H**Actenus indulsti libris Themidiq; litasti,  
Ut ferres titulos jure in utroque novos;  
Nec frustrà, nomen Doctoris grande reportas  
    Ordine clarorum hoc te decorante virum.  
Cum igitur Themidem de te nil tale merentem,  
    Deseris, ut Cypriæ castra sequare Deæ?  
Scilicet & Veneri & Themidi bene convenit almæ  
    Se inter, amicitiæ mutua jura colunt.  
Sub signis utriusque Deæ sis miles, & ampla  
    In promptu tibi stipendia semper erunt.  
Namque Venus pulcrâ faciet te prole parentem,  
    Felici præstò cùi Themis usque manu,  
Macte, tuis cæptis fortuna benignior adsit,  
    Omnigenâ illa beat prosperitate Deus.

Simon Landgrav D.

I.

**D**ona dedit Nobis Themis olim tempore Brumæ:  
    Nunc Æstate novâ dât sua dona Venus,  
Hacce laboremus; thura Autumnoq; feramus;  
    Nobis Vere novo sic sua Juno dabit.

II.

*Est THOMA, Melos est, tibi Mel, tibi Moschus. At: inquis!*  
*Est Melos? est mihi Mel? Moschus & est? QUID! ubi!*  
*ANNA tibi Melos est, tibi Mel, tibi Moschus; in ore*  
*ANNA Mel, in cerebro Moschus, in aure Melos.*

Andreas Ivo J. U. D.

Quis

**Q**uis non lætetur, Doctor celeberrime Juris,  
Sponsam dīvinā jam tibi sorte dari?  
Quis non huic thalamo faustissima quæq; precetur,  
Schultzia quem sancte virgo pudica subit?  
Postulat officium, pietas hoc vestra requirit,  
Et morum integritas & benè cæptus amor.  
Lucisator vestris quem cordibus inspiravit  
Ignem dignetur perpetuare sacrum.  
Sospitet & vestros latere ex utroq; parentes  
Ut videant vestri pignora chara tori.

*Johannes Höpnerus S. Th. Licent.  
& ad D. Nicol. verbi minist.*

**T**andem contigit expetitam adire,  
Consultissime Vir, Corinthum amicam.  
Non illam bimarem, per universam  
Pœnè Barbariamq; Graciamq;  
Turpi naufragio suæ juventæ,  
Multum cætera nobilis celebrem,  
Verum municipem hanc fere Corinthum,  
A terrâ patriâ hauc procul remotam.  
Vicinam fateor nimis Corinthum.  
Sed nimis nihilo profectione  
Longâ & diffcili Tibi petitam,  
Quin & jure quidem profectione  
Longâ & diffcili Tibi petendam.  
Nam magno preciosa quæq; constant.

B

Nil



*N*il majore tamen labore constat,  
*Q*uam quæ sola laboris universim  
*P*andora, & caput est, & auctor, Iuxor,  
*V*is præstò Tibi vim negociorum  
*P*er caput, Tibi per latus salire?  
*U*xorem modo duc, vel astuosa  
*D*a Te, da Tua navigationi.  
*H*oc verbum decimæ puta Camenæ;  
*D*ignum vel folio ipsius Sibyllæ,  
*V*el Jovis tripode, Entheāḡ, quercu.  
*F*alsi, qui Lacedæmonum Myindam  
*V*elludum similem putant Myindæ,  
*Q*uâ quis per tenebras sibi maritam  
*O*blatam temerè manu prehenset,  
*P*rensatam illicò mancipet, deing;  
*H*oc servet sibi jure mancipatam.  
*M*ajoris Nova Nupta res Abollæ est.  
*M*ultis Sponsa laboribus paratur.  
*F*elix, cui benè cesserint Labores.  
*N*unc omnis facilis labor videtur,  
*P*ostquam contigit expeditam adire  
*C*onsultissime Vir Corinthum amicam.  
*S*alvum Te superesse, sospitemq;  
*E*xtam difficulti profectione  
*G*audemus meritò, Tuisq; amici  
*V*otivam hanc modo nuncupamus aris.  
*Q*uæ te fatat uâ ex profectione  
*L*ongâ, difficulti profectione  
*In portu hoc statuere jam Corinthij*

*Remis*



Remis hactenus, & Notis petitæ,  
Te salvum statuere, sospitemq.  
Porrò Te quoq; sospitem atq; salvum.  
In portu statuant vadoq;, Quam Tu  
Rebuscung; Tuis petes Corinthum.

Paullus Frobergius  
ad clamab.

Cum sublime Themis Sponso decus alma tulisset,  
Hoc pensans noctes munere pervigiles:  
Cypria, num unus, ait, nostri sic muneris expers,  
Miles, abis, castris cogrite sœpè meis?  
Nec mora: Cyprige næ telis confixa puella est,  
Tela cui quondam ludere ludus erat,  
ANNA Cupidineis nunc irretita sagenis,  
In sponsi amplexus, nil remorata, venit.  
Crescite felices, thalamo quos jungit eodem  
Castus amor, concors gratia, sancta fides.

A. Preun.

Fida ministra mei sermonis littera Sponsam  
Vade salutatum, quo decet ore, meam.  
Aut illam invenies dulci cum matre canentem  
Psalmos, fatidici nobile regis opus.  
Aut gravibus pensis affixam Palladis artes  
Exercere colo, fallere tempus acu.

B 2

Quic-



Quicquid aget, cum te scierit venisse, relinquet:  
Nec mora, quid venias, quidue, requiret, agam? C  
Vivere me dices, & dextro numine adeptum  
Doctoris summum juris in arte gradum.  
Atq[ue] his præclaris titulis & honoribus auctum,  
Tramite felici, nunc rediisse domum:  
Ut post exhaustos studiisq[ue] viag[ue] labores,  
Incepisti firmem fæderia castatori.  
Tu quoq[ue] dic; Ecquid remanet tibi mutuus ardor?  
Ecquid, ut ante, tua est mens studiosa mei?  
Non dubito quin sit: sed me locus ipse remotus  
Sæpè supervacuos cogit habere metus.  
Nam præsens oculus socium nisi nutriat ignem,  
Rara est absentifida puella proco.  
Multæ etiam, quarum Veteres meminere Poëtæ,  
Deseruere datam, non sine fraude, fidem.  
Da veniam quæso, vanoq[ue] ignoscet timori  
ANNULA, VITÆ LUX & DIADEMA MEÆ.  
Non etenim vereor, quia TE rear esse verendam,  
Cujus amor nobis pignora mille dedit.  
Cujus Penelopen superat constantia, quamvis  
Illa sit Argolicæ fama pudicitiae.  
Sed quia res timida est amor: & jam tempore longo  
Non usurpo oculis TE, MEA VITA, meis.  
Namq[ue] quater latuit, toto quater orbe recrevit  
Cynthia, quæ Phæbi dicitur esse soror:  
Ex quo Lipsiacâ digressus ab urbe reliqui  
TE, patriosq[ue] tuos, testis ut ipsa, lares.  
Hei mihi! quid faciam? timeo tibi dicere verum,  
Nec videar causâ fingere falsa meda.

Dicen-

Dicendum tamen est, quamvis neget esse decorum,  
Hoc mihi Nasutus, fæmineumq; vocet.  
His dum prædictis careo TE mensibus, omne  
Tempus abit longum, nec brevis hora mihi.  
Namq; dies una est toto mihi longior anno  
Et mensis spatum quilibet hora capit.  
Tam nimis ANNA tui SCHULTESIA carpor amore,  
Hocq; animo nomen nox q; dies q; refert.  
Ah quoties dixi; quid nunc mea sola voluptas  
Cogitat? aut rerum quid mea Vitagerit?  
Sæpè ego Medeæ, quo fugit Jasona, currum  
Optavi, volucres Triptolemiq; rotas:  
Ut tibi dilectæ subito improvisus adessem,  
Et fruerer vultu, colloquioq; tuo.  
Nam tibi cum facie mores natura pudicos,  
Et raras dotes, ingeniumq; dedit.  
Adde quod es Jurisconsulto nata F A C O B O  
SCHULTESIO, claro digna puella patre.  
Cujus tantum alios superat sapientia, quantum  
Astris præ reliquis menstrua Luna micat.  
Qui me non aliter, quam verè si suus esset  
Filius, ex animo non simulanter amat.  
Quemq; velut patrem solidâ pietate vicissim,  
Dum reget hec vivus Spiritus ossa, colam.  
Quin etiam talis tibi contigit optima mater,  
Optaret qualem quilibet esse suam.  
MARTHA patri Conjuræ, GROSSÆO sanguine creta,  
Quam quoq; FÖRSTERÆ gentis origo beat.  
Fæmina par illis, quas aurea protulit etas,  
Quasq; Poëtarum carmina docta canunt.

Hi tibi sunt patrii g̃ L̃ares, sancti g̃ Penates:  
At superas morum nobilitate genus.  
Namq; DEI metuens vitam tulabe carentem,  
Ducis, & es clarifama benigna laris.  
Ergo ego nunc merito, MEA Lux, me prædico faustū,  
Qui te participem fortis habebo mea.  
O jubar optatum! quo tu SCHULTESIA proles  
Intrabis thalamos, matre jubente, meos.  
O niveam quæ te poterit nihil jungere noctem!  
Candidior medionempe erit illa die.  
Hæc ego dum nuper tecum, suspiria duxi  
Plurima, non ullis dissimulanda modis.  
Consciens ipse Pater flagrantes pectoris æstus  
Sensit, & ad me mox talia dicta dedit:  
Quid sibi, Nata, volunt gemitus? & corde quid altū  
Volvis? num Sponsæ dulcis imago subit?  
Est per me licitum, quoniam sponsalia facta,  
Ut tuus incepitus nunc per agatur hymen.  
Ipse tibi certo decrevi occurrere sumtu,  
Mentis ut ostendam signa paterna mea.  
Obsequar, ut fas est, hortanti: namq; quid illo  
Obsequio poterit gratius esse patri?  
Ergo ubi post decimum formosum proferet undis  
Quintus ab æquoreis Junius iste jubar:  
Lata Variscorum discedens arva relinquam,  
Et patriæ repetam dulcia rurataue.  
Si clarae reducem Philyrae me numina sistent,  
Teq; dabunt Sponsam posse videre meam.  
Tunc ego velatus fert viridante capillos  
Persolvam summo debita vota DEG.

Perci-



Percipiamq; simul concessi gaudia lecti,  
Et firmabo datam, numine teste, fidem.  
*ANNULA* tu saltem felicibus annue ceptis,  
Et redditum exspecta nec minus ipsa meum.  
Si nos fidus amor nequit, nos gratia nexos  
Ad vitæ firmet tempora summa: Vale.

Boni ominis &

Faustæ gratulationis ergo

*VVachavij cecinit*

Johannes Paymelius.

**F**ilia quod patri, de luce corusca mariti,  
Conciliat; Neptis hoc decus auget avo:  
Illa, inquam, Neptis, SCHULTETI ex sangvine stemma,  
Quæ trahit, & THOMÆ jam subit ANNA torun. .  
Qui semper faustus, C H R I S T O sit & auspice felix  
SPONSIS (hæc habeo mittere vota) NOVIS.

*VVolfg. Phemelius Jleb. Curiæ actuarius F.*

**F**lorida Flora tua est florenti corpore Nympha,  
Vivida Juridici Gloria sponse chori:  
Floret enim Veneris formâ, Charitumq; nitore,  
Inter Virgineas est Rosa picta Rosas:  
Floret & insigni magni Genitoris honore,  
Dotibus illa viret, moribus illa viret.  
Floreat hæc tecum, nunquam defloreat ut Flos,  
Semper sit thalamo florida Flora tuo.

*τοῖς ΝεονύμΦοις συγχαίρων accinebat*

M. Ulricus Mayer.

Ad



Ad Sponsam.

Parodia ex Horat. lib. III.

Od. XIII.

O pars Virginea nobilior Tribus  
Nostro digna metro; non sine vinculis  
Jam donaberis hosti:  
Cui laus integra viribus  
Junctis, & Venerem, & prælia destinat  
Certò. Nam geminam conficit Tibi  
Ilnâ vel vice prolem,  
Nocturni socius tori.  
Te flagrantis amans hora Cupidinis  
Nosceret tangere. Tu pectus amabile  
Pleno sanguine Sponso  
Præbes, & juvenem domas.  
Fies nobilium sic quoq; Conjugum  
Me dicente tuis Pignora plurima  
Tredis, unde jocose  
Nugæ profilient Tibi.

Abraham Gôlnitz Dantiscan.

N τυφίσθημερός θεόν λητον ἐσέρχεται γδὸν  
Νη̄, ὅτῳ Νύμφῃ ἐσπελαχθάλαμῳ.  
Μῆσαὶ ἐνὶ σήθεσι διαίδιχα θυμὸν ἔχεσσιν,  
Οσα τελεσιγόνω δῶρα διδῶσι γάμῳ.

η μη

Η μὴ δαιδαλές λίθαι φλόγα, η δὲ διαύγη  
χρυσὸν ὀπάζειται, καὶ τείτη αἷλα θέλει.

Αὐτὰρ ιοσέ φανται κλείω χέεν ηθάδα φωνήν.

Οὐ γεράσων τούτων Νυμφῖ φέτι φίλοι.  
χρυσῷ δὲ αὐγλήνει καὶ δέγυρα αὐτερύσσαθαι,

Ἄξιοι, ημείων τέρπεται ίδμοσύνη.

Οσαν δέ ήδυέ πέται ιεῖσαι αἰσιομένῳ οὐδέν,

Τὴν δὲ φοῖβοι ἀμεδίδαξεν ὅρδ.

Χαίρεισι ως Νύμφη, χαίρεισι ὑπήρχατε γαμερέ,

Εὖ θαλέθοις τε, ἔχων μοῖραν ἀρθαλέα.

Άμεροι φέταιντες θεὸς ψυμμι, καὶ τον ἔραθαι

Άλλήλων δοιη, αἴστασιόν τε βίον.

Sinceræ gratulationis

ergo fecit

M. Fridericus Schlegell  
Alumnus Electoralis.

Qui Themidem & Venerem solio jam gaudet in uno  
Spectare; & dantes oscula certa sibi:

Anne ille & Thomae Thalamum; quid? pectora spectet

Anne ille & Thomae: Divæ ibi utræq; sedent.

Hoc videt & ridet Scultetus, plaudit; & audit,

Quid Themis ad Venerem? quid Venus ad Themidem?

Ardet amore Themis Veneris, Themidis Venus ardet:

Neutri Harum malè sit; sit bene Utriq; Dea!

Gregorius Kleppisius  
P. L. Cæf.

C

DOMUS

D O M U S N U P T I A L I S.

R<sub>E</sub>gales alij pateras, chrysenda<sup>g</sup> alta,  
Vel, quæ Sidonio legitur sub littore, concham,  
Auriflui<sup>g</sup>. Tagi tibi munera ditia mittant  
Sponse: tuo thalamo majus tamen offero donum;  
Nempè domum pulchram, cuius Concordia prima,  
Fundamenta locet: Pax hinc fastigia summa,  
Constituat: quatuor subeant exinde columnæ  
Hancce domum, Pietas, Patientia, Spes, Amor ardens  
Et constans: Fjus tandem veneranda corona,  
Virtutum hinc atq<sub>ue</sub> hinc tectum denso agmine velent.  
Hac, nove Sponse, Midā poteris locupletior esse,  
Nec Tibi Pactoli magis optes divitis aurum.

Structa, à

M. ANDREA WERNICK/ Sceud.  
SS. Theol. studioſo.

H<sub>I</sub>c quid ornatus C H A R I T E S, quid auri  
Splendor, ardentes Tyrio quid ostro  
Vestium cultus sibi? quid micantes  
Jndicis cerno digitos lapillis?  
Forsan hæc vestræ thalamos Sororis,  
Nuptias forsan referunt futuras.  
Non opus certè minimi putandum  
Ponderis, vitæ studio novandæ

Ad sa-

Ad sacras mente in applicuisse tædas  
Quò ratem ventis igitur secundis  
Per sali canas via ducat undas,  
Supplices cælo date vota. Summi  
Numinis gaudet precibus potestas.  
At tibi Divos faciles opinor  
Sponse, cum talem vacui puellam  
Compotem lecti dederint habendam,  
Quam pudor, formæ decus & modesti  
Comitas vultus decorat : Labellis  
Insident cuius rosei lepôres.  
Jd tui curæ vigiles laboris,  
JURIS immensum quibus æquor alti  
Sedulus noctes peragras, diesq;  
Jd tuæ dotes potuere mentis.  
Ergò felicem ter, & ô beatum,  
Cui vices sortis precium faventis  
Tale, cui tantum tribuunt, quod ipsâ  
Carius vitâ statuat, vel Hermo  
Præ ferat. Sed quò, tenebris Olympum  
Vesper obfuscans siquidem sopores  
Suadent, quoniam rapior? Tot ergo  
Tot precor vobis, BONA, quot colorum  
ENN A diversis variat figuris.

M. Fridericus Schenck  
Schol. Lips. ad D. Thom.  
Colleg.

σὺν Θεῷ.

Michael Thomas Juris Utriusque  
Doctor Sponsus.

Ἄναγκα ματίζει πόλης.

*Iesu meus, qui Christus,  
O porrò donat Schultiam!*

**J**ehovah cœli conditor  
Et fabricator Machinæ  
Totius Orbis & Maris  
Verus creator gentium  
Cœli regit qui sidera  
Tām fixa quamq; errantia  
Terræ & quod orbis continet,  
Qui nempè trinus unus est  
Unus sacratâ essentia  
Trinusq; personis D E u s.  
Hic me creavit sospitem  
Hic matris alvo me extulit  
Primisq; ab incunabulis  
Servavit usque huc integrum  
Hoc largiente vivo, & hoc  
Donante Doctor nuncupor  
Est ejus hæc clementia  
Fatum, voluntas optima  
Tali beantis munere  
Me dignitatis, nominis.  
O quantum id! at non sufficit,  
Nam porrò donat Schultiam  
Magni parentis filiam  
Christus meus qui Jesus est,  
Fons, autor, ille conjugj  
Est, scilicet dulcisimi.

Ideoq; matrimonium  
Divinitus fundavit, ut  
Humana gens sic cresceret  
Se & prædicaret laudibus.  
Hic approbat præsentia  
Suâ sacram connubium  
Interfuit nam nuptiis  
Testante sacro codice.  
Hic conjugem donat bonam  
Donat mihi qui Schultiam  
O porrò mox & pignora  
Quæ sunt parentum gaudia  
Concedat, ac det cætera  
Bona, atque vitæ commoda.  
Utrisq; quò parentibus  
Ex corde congaudentibus  
Cunctisq; cognatis simul  
Fiat perennè gaudium.  
Hæc, inquio, mihi & meæ  
Concedat ille Schultiae  
Quæ virginum pulcherrima  
(Dico hoc sine arrogantia)  
Est que meum solatium  
Et corculum dulcissimum  
Mea & voluptas unica  
Et svaritas festivitas

Lux,

Lux, vita, splendor, gaudium,  
O porrò det nobis D E u s  
Vitam diu suavissimam  
Vitam diu blandissimam  
Vitam diu dulcissimam  
Vitam diu superstitem  
Vitam diu durabilem  
Vitam sibi gratissimam  
Vitam simul sanctissimam  
Vitam deinde cælicam  
Ubi est perenne gaudium!  
At tu mea, o Amasia,  
Et grata Sponsula,  
Sis grata nomine,  
Sis grata pectore,  
Sis grata corpore,  
Re grata denique  
Cuncto mihi sis tempore.  
Jungamur ambo corpore  
Jungamur ambo pectore  
Per nostra vitæ secula,  
Arctè atq; durent vincula,  
Nullus queat quæ solvere  
Nisi mors supremo tempore.  
Curam D E u s sed interim  
Nostris gerat mitissimus,  
Vivamus ut corclum meum

Amemus ac nos invicem,  
Nec aestimemus unius  
Mortalium, aesis, omnium  
Prolata quicquid dictent.  
Jehovah nos conglutinat,  
Ut carne vivamus duo  
Una invicem junctissimi  
Vivamus o junctissimi  
Per sempiterna secula.  
Hac summa sic voti est tui,  
O Sponse consultissime!  
Subscribo ego huius voto tuo,  
Jhovæ precans clementiam,  
Ut dotibus vestrum augeat  
Multis thorum atq; replete  
Vos omnibus prosperrimis,  
Quo sortiantur singula  
Incepit perlætum exitum!  
Ut pondus insit his meis  
Votis det illa conjugum  
Immensa spes credencium,  
Jesus meus qui Christus est  
Cui cumq; cœlesti Patre,  
Sanctoq; sit spiramine  
Et laus, honos & gloria  
Et hoc, & omni saeculo!

A L I U D.

I Ngenio, capiti, vitæ, Themis, A N N A, Jehovah,  
Attulit, imponit, dat, Lautia, Serta, Maritam.  
Te ergo felicem decies, deciesque beatum  
Prædico, S P O N S E, datur cuijam blandissima virgo.

Multum quam pietas decorat quam splendor honestat,  
Quam bona forma simul laudat, quam fama celebrat,  
O gaudens gaude, ac lætissima jubila funde,  
Cui datur à Jhova tam præstantissima Nympha,  
Prælucens reliquis nymphis, ceu Cynthia, stellis  
Quâ cum perlatus vivas, quæ prole Parentem  
Te lætum faciat lætâ, repleteq; Penates.  
Fiat ut hoc, faxit clementer Ihova benignus.

Ἐτεομηνημεργνομαζτοπολογία.

JVnIVs Vt nonà aC qVeqVe se Xta LV Ce sVb Intrat,  
IVnCta tVo, PhILyræ, MICHaeLI Anna fVit.

Congratulationis atq; observantiæ  
ergo Lipsiæ f.

M. Johan. Wenckheim.

A udis Sponsa, soror : feliciter obtigit, alti  
Quod cœli voluit Rex bonus atq; Soli,  
Lætor, et ex animo calidis intercino votis,  
Quæ Tibi amicorum vinnula turba tulit.  
Vive Soror, Sponsumq; tuum vel mille per annos  
Exhilara, atq; domum perpetè prole bea.

Jacob Schultes.

E unomia nuper sociali foedere junctus  
Jam quoq; SCHULTETI jungitur ANNA tibi.

Vere-

Verene es geminus MICHAEL THOMA quod amicas  
Sic tibi concedunt jura sacrata duas.  
Ex utero haud natus geminus, de stemmate & actis  
Sed mire Gemini nomen & omen habes  
Nomine te Geminum peregrinâ voce vocavit  
Stirps Patris ex actis te geminum ipse voco  
Jura fori cum jure tori tractabis & inde  
Eunomia illa fori sit socia, ANNA tori.  
Et Sponsa gaudes, quæ nomine dicta, gemello  
Ordine quod voluit retro citroq; legi.  
Hanc, dum per geminos phœbus decurrit, amicam  
In thalamum ducis Sponse beate tuum.  
Ut vivas geminus non tantum nomine, sed re  
Tergeminum gemini nomen ut inde siat.  
Tergeminos Sponsis igitur gratemur honores  
Conjugium felix & bona quæq; simul.  
Vivite concordes, pariat quoq; Sponsa quotannis  
Aut Geminum aut Geminos, aut Geminam aut Geminas.  
Gaudeat hinc SCHULTETUS avus THOMASq; parentis  
Nomine. Quod superest det DEUS ipse precor.

Christianus Eichlerus.

XXXVII  
Tempore si quoquam genitalia semina poscit  
Naturæ quicquid nomine nomen habet.  
Vere facit, variis dum cingit Flora corollis  
Terras, atq; avibus avia cuncta sonant.

Hoc

Hoc Pater omnipotens fœcundis imbris, Æther  
Conjugis in gremium gestit abire suæ.  
Hoc genus aligerum sobolem sub fronde recondit,  
Pinnigerum in lacubus, horripilum in foveis.  
Summa: cupid species servare perennem  
Quod suum, ut monstrant incluta puucta Sophum.  
Ergo quid mirer, studio quo comparare compar  
Nobile nuptorum hoc factitet inde jugum?  
Quin mage me votis accingam: Pampinus Austros  
Vester ne metuat, faxit Jov A Deus!

Boni ominis ergo applaudefat

Bartholomæus Beck Döbel.

Philosophiae Baccal.

alum. Elect.

---

Vir nutrit Uxorem.

Genes. 3.

FOeminam nutrire vir ipse debet;  
Atq; præbere illi alimenta largè:  
Hoc opus servile videtur esse,  
Atq; probrosum.  
Rusticus campos arat, atq; fruges  
Comparat sudorifero labore:  
Pascitur Rex, & fruitur labore  
Luxuriosus.

Cura



Cura Quæstoris propria est, diurnis  
Seq; nocturnis variare curis;  
Ut suos census Dominus intenti  
Augeat ære.

Ergo ita est mandata viro ista cura,  
Improbos sudore rigare campos,  
Et feros mores veprium feraces  
Arte domare.

Panis est quærendus enim labore,  
Nempè panis multiplicata cura est;  
Quæritur per saxa Ceres, per ignes,  
Per vada Nerej.

Interim deses Laribus beatis  
Uxor inter-ludere tutæ pergit  
Pupulas, quis oscula blanda figit,  
Panis abundans.

Vir suos extrâ queritur labores,  
Uritur nunc Sole, madescit imbre:  
Nunc nives sentit, graditurq; per pe-  
ricula Ponti.

Qui scelus quondam gravius patrasset,  
Durior pœna hunc meritò infecuta est;  
Tanti erat Divis vetitum severè  
Mandere pomum.

Noscimus culpam miseri, & fatemur

D

Turpe

Turpe factum, quod luimus pudenter:  
Non decet culpam meritamq; pœnam

Dissimulare

Quisq; quod fert ex merito periculum,  
Corde sedato ferat & modestè:  
Laude virtus digna, sed ultione

Improbis ausus.

Noxius factus moderatiorem  
Se gerat, nec luxuriet Maritus:  
Leniter gestet sibi dedicatum

Imperium omne.

Lene jucundum Imperium, molestum  
Omne durum: Leniter imperanti  
Spontè paretur: *Torus esto multa*

*Fruge beatus.*

*Cunradus Bavarus F.*

██

**S**i quicquam, *VIR CLARE*, tuis precer intima tædis,  
(*Intima præter enim niltibi vota fero.*)

*I*d precor: ut *GENITOR* cui *jura jugalia curæ*  
*Det vester thalamus pignora multa ferat,*  
*Nulla querela lares vestros attingat iniqua,*  
*Aurea sed foveat corpora bina VENUS:*

*Vivite*

Vivite concordes, ambo (precor) ambo beati,  
Vivite, & alterna mutuum amate fide.  
Sic aderit JHOVA asservans in amore perenne  
Sponsa Tuum q̄ tibi, Sponse Tuam q̄ tibi.

Debitæ observantiæ ac devotæ  
congratulationis ergo  
adjecit

Johannes Benckerus Lissaviensis  
S.S. Th. stud. tum temporis offi-  
cinae Grossianæ Corrector.

A N N O.

LaVs & GLorIA sIt Deo In perpetVVM.

F I N I S.





Id 4206  
8°

ULB Halle  
004 167 287

3



f  
Sb

+90  
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,  
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14  
24. VD 17 Me



# Farbkarte #13

B.I.G.

